

1 cum Caesar in Galliam venit,
 alterius factionis principes erant Aedui,
 alterius Sequani.

2 hi cum per se minus valent,
quod summa auctoritas antiquitus erat in Aeduis magnaeque eorum erant
 clientelae,

Germanos atque Ariovistum sibi adiunxerant eosque ad se magnis iacturis
pollicitationibusque perduxerant.

3 proeliis vero compluribus factis secundis^ atque omni nobilitate Aeduorum
 interfecta^

tantum potentia antecesserant,

4 ut magnam partem clientium ab Aeduis ad se traducerent

obsidesque ab eis principum filios acciperent et

publice iurare cogerent

[nihil se contra Sequanos consilii inituros]

et [partem finitimi agri per vim occupatam] possiderent

Galliaeque totius principatum obtinerent.

5 [qua necessitate adductus [Diviciacus] [auxilii petendi causa] Romam ad senatum
 Nom. Gen.

profectus] infecta re redierat.